Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31626
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



Passio · Beate · Barbare uirginis · XXIII

EXPLORIBVS Imperatoris maximiani erat quidam satrapa nomine Dioscorus diues ualde, paganus uero existens et colens ydola. Hic habuit filiam unicam nomine BARBARAM. Fecit autem pater eius turrim sublimem ibique recluserat eam ita ut ne uideret abhominabilem ipsi eminentem pulchritudinem eius. Locum uero quidam deputauerat; pater eius de ea, ut nemo eum accederet. Ipse uero accedens uxorem, persuadebat ei dicens. Filia mea, quidam de potentibus commemorari de te, ut accepiam te in coniugio. Dic quid uelis de hoc. Ipsa uero uxorem eius ita dixit. Ne cogas me hoc agere pater. Et ut ipse secessit a ea, et descendens permanebat in eo quod debat abeo lauatorium. Instruebat in multitudine artificum quatenus hoc eius perficerent, et instituens quomodo debuit fieri. Et tribuens singulis ipsam mercedem perfectus est in uirginitate longinqua faciens ibidem tempus modicum. Descendens uero famula dei barbara de turri uidere opus quod fecerat audiuit contra septentrionem duas solum fenestras stantes, dicit artificibus. Quare duas fenestras instituisti. Dicunt ei. Pater tuus sic nos disposuit. Dicit eis BARBARA, facite et instituite in eam unam fenestram. Ipsi uero dicunt ei. Timemus domina ne quando indignabitur pater tuus aduersum nos et non possimus portare eum. Dicit eis famula dei barbara. Quod dico uobis facite, ego de hoc acquiescere faciam patrem meum. Ipsi uero acquiescunt, ut alia fenestra fecerunt sicut constituit eis. Et ambulans uero inquerulosa et immaculata barbara in natatorium et abiens contra orientem instituit in marmoribus digiti eius pretiosae crucis figuram usque in hodiernum diem ad compunctionem intuentium. Ingressa uero in eam abscidem in qua ingrediebat sanificata aqua. Facta est figura pretiosi eius pedis. In qua omnis insanamones et sanitatis eorum mensuram acceperunt. In hoc enim lauacro sancta eius uertex suscepit semen baptisma et pannem ac percussore seu baptistam Iohannem. Hoc lauacrum similabat fons Siloe, in quo quadam aniuitate cecus erat. Lauans respexit. Hoc lauacrum similabat piscina natatoria quae cuiuslibet omnem languorem et omnem infirmitatem. Haec est natatoria aqua uiua quia samaritana petiuit de samissimo natatorio. Exiens uero aqua a BARBARA et ascendens in turrim uidit simulachra quae colebat pater eius et suscipiens spiritum sancti multifarium bene mobilem, disertum, uncontaminatum, luculentum, intactum, benignum, acutissimum, beneficium, certum, diligentissimum, secretum, cuncta sunt inspectum. Et ecce in uapore diuitiis et affluentia de omnibus gaudebat. Haec quae fortissima martyr, et fide concurrit nata, uicit diabolum. Haec quae uidens surda simulachra, inspuit in faciem eorum dicens. Similes uobis fiant qui faciunt uos et omnes qui confidunt in uobis. Et ascendens in turrim, erat ibidem per centum dies. Finito autem opere atque perfecto, reuersus est pater de peregrinatione et contemplatus tres fenestras instantes dicit artificibus. Quare tres fenestras instituisti. Dicunt ei artifices. Filia tua sic nobis praecepit. Ipse uero conuocans filiam suam dicit ei. Filia tu impasti tres fenestras stare. Ipsa uero dicit ei. Et tuam certum benefecit. Nam tres fenestrae illuminant omnem hominem, at uero duae tenebrescunt. Et assumens eam pater eius descendit in natatorium et dicit ei. Quomodo habundantia illuminant tres de duabus. Beata barbara dixit. Hoc est pater et filius et spiritus sanctus. Tunc repletus est furore pater eius et tulit spatam suam ut occideret eam. Orabat autem beata Barbara et fissa est petra et suscepit eam intus et eiecit eam sup montem. Fratres autem duo pastores pascentes oues in eodem monte, quae uiderunt eam fugientem. Accedens uero pater eius interrogauit eos de ea. Erat quidem uolens saluare eam cum iuramento negauit quod non uiderunt eam, alio uero digito demonstrauit eam. Et maledixit ei beata Barbara et statim facta sunt oues eius locustae. Quod et permanet pretiosi eius sepulchro usque in hodiernum diem. Ad uero pater eius repiens flagellauit eam et tenens comam capitis eius pressit eam a monte et reclusit eam in cellula paupercula et munuit clauis in statuit catenas ut non aperet ei quisquam constituens et custodes usque dum abiens nunciaret presidi et traderet eam adtoxicandum. Adueniens uero praeses iussit offerri eam. Ingressus uero pater eius una cum geniti commentariensis eiecit eam de cella et tradidit eam presidi adiuuans eum per deorum potentiam ut inuocabis torminis eam consumeret. Tunc praeses sedens pro tribunali uidens pulchritudinem eius dicit ei. Quid uis. Aut parere ipsi et sacrificabis aut accipiemus torminis tradenda es. Respondit beata mihi apud Barbara et dicit. Ego habeo sacrificare domino meo Iesu Christo, qui fecit caelum et terram mare et omnia quae in eis sunt. Dimones enim tui ut ipsa dicis. Os habent et non loquentur. Oculos habent et non uidebunt. Aures habent et non audient. Nares habent et non odorabunt. Manus habent et non palpabunt. Pedes habent et non ambulabunt. Non enim est spiritus in ipsis. Similes illis fiant qui faciunt ea et omnes qui confidunt in eis. Tunc praeses repletus furore iussit expoliari eam et carnes eius uergis thaurinis discerpere et ceruicis textis defricare. Quae illatae sunt a plagis ita ut